

Treut. 1. 4. 10. C. in exeg. add. Schneid. ad §. omnium 1. Inst. de Act. n. 120.

Ratio est ut scire possit adversarius iudex sit competens nec ne.
Zoes. in Comm. ad ff. tit. de accus. n. 24.

N. IV.

(c) Ratio cur Actoris nomen sit addendum evidens est; ut scil. scire adversarius possit cum quo sibi lis sit.

An autem actoris nomen omitti possit?

Distinguit Bald. in l. 3. C. de edendo vid. Treut. supra dict. loc.

N. V.

(d) Vid. Corvin. in Jur. Can. lib. 2. tit. 10. de libell. oblat. p. 193 Jo. Amer. à Rosbach. Prax. Civil. tit. de Libell. n. 23. Dd. comm. Ratio est ut constet Reo de se agi, das es umb sein Jeder zu thun. Alias enim posset existimare, errorem esse commissum à Nuncio seu apparitore, quod dubium bene adimitur per nominis expressionem.

N. VI.

(c) Petitio enim clarè, perspicuè & congruenter instituenda est, ut ex ea medium concludendi evidenter resultet & conclusio aptè sequatur

Jason. in d. §. omnium n. 115. & Schneid. ibid. n. 108. Inst. de Act. Rosbach. d. l. n. 25.

Diversitas namque rerum obscurum facit libellum.

arg. l. 40. in f. pr. de Jure fisci. arg. c. 2. de dilation.

Eaque petitio est omnino de substantia Libelli, sine quâ Judici constare nequit, quid velit Actor,

Bach. 1. de Act. 30.

Etsi in rem agatur, ipsa utrum tota vel pars petatur exprimi debet.

Rosbach. d. l. n. 25.

N. VII.